61305

Secunda post Festum Nativitatis Sancti Joannis Baptistae
proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo
primo. Cuius quidem Citationis praemissae Copiam Sigillatam Mini
sterialis Regni Generalis Providus Stanislaus Kalewayko
ab una integra ante terminum praesentem septimana in bonis
Citatis propriis posuisse apud Nobil. Andream, et Alberto publi
case recognovit Memoratus Actor Citatam sup nominatam partem
ad Officium praesens per Ministeriale Regni Generat. Nobilem
Benedictum Proszkowskj iuridice clamatis et non comparentis in
lucro suo pro toto ex Regestri ordine ac admissione officii
praesentis Judicialiter condemnavit. In vim autem lucri praetacti modo
praemisso in contumatiam obtenti Officium praesens Castren Capitaneale Bran
scen visa et considerata citati clamati et non comparentis contumatio
et temeritate iuri communi et affectationi Actoris ac contenti citationis
inhaerendo praedictis citatis super bonis eorum omnibus Lucrum
reinductionis bonorum decernit qua tenus citati bona de quibus actorem
violenter expulerunt denuo in possessionem pacificam mittant sub
poena banitionis praesentibus interpositi Decreto suo id in praemis
sis mediante.

Poplawsky Lucrum

Super Citationem literalem Castren Capitan Branscen tenoris talis
Franciscus Joannes in Kocon Lesnowolskj Branscen Capitaneus
Vobis Nobilibus Matheo olim Stanislai Biskup Poplawskj et Matheo
filio Stanislai Koscic Poplawskj in Poplawy haeredibus ex omnibus bonis
vestris vigore Regio et nostro qua hac in parte ex vi legum fungi
mur authoritate Capitan mandamus ut in iudicii vigore constituti
onis sub tempus motionis generalis bellicae sancitae in Curia Regia
Branscen prius et proximius celebrandis pntr et peremptorie comparatis
Ad Instantiam Instigatoris Judicii nostri et ipsius delatoris Nobilis Mathei
filii olim Joannis Michnowic Poplawskj in Poplawy eadem haeredis
qui vos inhaerendo Constitutioni Anni 1621 sub tempus motionis Gene
ralis bellicae sancitae et in comitiis Gnlibus Warsavien nuper
praeteritis reassumptae in vim termini tacti citat peremptorie
ideo quia vos ad praesens sub tempus modernae expeditionis Gnlis
bellicae ipso die expeditionis Conventus particularis Terrae Biel
scen ac ordinationis eiusdem motionis conducto apud delatorem
braxatorio ad conficiendum cerevisiam hoc idem Braxatorium cum pisana
rio et omnibus vasis braxatorii in levipendium securitatis domesticae sub
hoc tempus motionis Gnlis bellicae authoritate legum Regni observandae
studiose et animo praemeditato seu per improvidentiam vestram igne incen
distis et comburere ac in nihilum redigere fecistis ac in cineres ac favillas

reclegistis in damnum Actoris quod sibi contra Vos Centum marcis Polonicalibus taxat Judicialiter sitis terminum attentaturi et responsuri Datum in Curia Regia Bransceni feria secunda post festum Nativitatis Sancti Joannis Baptistae proxima Anno Domini Millesimo Sexcentesimo Quinquagesimo primo. Cuius quidem Citationis praeinsertae copiam Sigillatam Ministerialis Regni Generalis Providus Stanislaus Dalewayko ab una integra ante terminum praesentem Septimana in bonis Citatis pro primis posuisse et publicasse recognovit. Memoratus Actor Citatum supra nominatum partem ad officium praesens per Ministerialem Regni Generalem Nobilem Benedictum Proszenski iuridice clamatum et non comparentem in lucro suo videlicet taxae in Citatione expressae ex Regestri ordine ac admissione officii praesentis iudicialiter condemnavit Jn vim autem lucri praedicti modo praemisso in contumaciam obtenti officium praesens Castrense Capitaneale Bransceniense visa et considerata Citati clamati et non comparentis contumacia et temeritate iuri communi et assecurationi Actoris ac contentis Citationis inhaerendo super praedicti citis citatis et bonis eorum omnibus lucrum taxae sub poena bani tionis praesentibus interposita decernit Decreti praesentis vigore.

Gorski Lucrum

Super Citationem literalem Castrensem Capitanealem Bransceniensem tenoris talis Franciscus Joannes in Klocow Lemonski Bransceniensis Capitaneus Vobis Nobilibus Stanislao olim Venceslai Gorski Christophoro filio suo in Gorskie haeredi de personis bonisque Vestris omnibus Vigore Regio et nostra Capitaneali qua hac in parte fungimur authoritate mandamus ut in Judiciis vigore Constitutionis Anni 1621 de Judiciis sub tempus motionis Generalis Bellicae sancitis feria secunda post datam praesentis Citationis prius et proxime in Curia Regia Bransceniensi celebrandis plenarie et peremptorie Compareatis Ad Jnstantiam instigatoris Judicii nostri et ipsius delatoris Nobilis Adami olim Alberti Gorski de ibidem haeredis qui vos inhaerendo praefatae Constitutioni in vim facti termini peremptorie citat, ideo quia Vos non metuendo poenas de expeditione Generali bellica sancitas in contemptum securitatis publicae ausi estis equum coloris Szimey valoris Quadraginta florenorum nobilis Actoris proprium sub tempus praesentis motionis Bellicae de campis villae bonorum Gorskie et violenter recipere prout de facto recepistis existentesque ab eodem actore moniti et requisiti reddere et restituere noluistis prout hucusque non reddidistis nec restituistis quo facto pacem et securitatem